

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas ay  
cum fonte primo

Per humilitatem membra Christi sciunt dyaboli uicisse superbiam.

Per hanc fideles supra regna proficiunt,  
per hanc superbia tyrannica superatur,  
per hanc in eternum martyres coronantur,  
nec potest dici perfectus, qui hac uirtute est priuatus.

Cassiodorus super illud Psalmi: Humiliatus sum usque quaque.

Sciunt etiam per hanc humilitatem Dominum Christum diaboli uicisse superbiam;  
sciunt per patientiam mortis ipsius fortia superata;  
sciunt omnia perpassum Dominum, quae sanctis suis praecepit sustinere.  
Et merito humilitate sua petunt remedia, per quae se nouerant esse saluandos.

Per hanc igitur fideles supra regna proficiunt,  
per hanc superbia tyrannica superatur,  
per hanc in aeternum martyres uiuunt;  
nec potest dici perfectus qui hac uirtute priuatus est.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 118.107 (CCSL 98, pp.1104-5,  
ll.1899-1906).